



Felix Martyr cum sorore Regula ex Thebana Legione fuerunt, quæ ad Agaenum iussu Maximiani Cesaris, cum idolis sacrificare nollent, tota fere extirpata erat. Cum itaque is cum sorore eusisset per Claronensem tractum iuxta Turegum ad flumen Limagum peruererunt, atque uerae Christi doctrinam confessi sunt, Anno Christi 306. Erat autem eo tempore Decius eius loci Romanorum praefectus, qui in castro Thurico residebat. Quā primū is eorum aduertū cognouit, ex Imperatorū Diocletiani & Maximiani (qui ecclesiā Christi acerrimè psequebantur) sententia, eos in carcerem coniecit, & uarijs

tormentis adigere uoluīt, ut gentium Diis sacrificarent. Cum autem illi constanter in cœpta semel religione perseuerarent, atque multos homines ad Christi doctrinam inuitarent, capite truncati sunt: quam pœnam etiam constanti animo pertulerunt, atque à pīs quibusdam hominibus ibidem sepulti fuerunt. Clodoueus, Dagobertus, & Carolus Francorum reges postea in horum martyrum honorem Tiguri celebrem ædem fundarunt, atque multis priuilegijs & bonis ornarunt, ut martyrum memores, quoque eorum exemplo magna patientia & uera fide in cruce perseueraremus. Floreūicus, Ioan. Stumpfius Tom. 2. libro 6.